1625

Actum in Villa Willemberg Capitaneatus Stumen in Curia
Providi Johannis Werner Sculteti ibidem, coram Venera
bili et Spectabili Andrea Sthalio Archipresbytero et
Parocho Cuntzendorffen et Johanne Pfenning Proconsule
Mariaeburgen Commissarijs à S. R. Mti Dno nro
clementissimo ad infra scripta deputatis die 20 Junij
Ao. M. DC. XXV.

In termino hodierno ex Innotescentia Commissoriali legitime inciden
ipsorum comparuit Famatus Tobias Rechenius Scabinus Mariaeburg.
et produxit Decretum Sae R. Mtis Warsaviae Feria Sexta
ante Dominicam Jubilate proxima Ao. praesenti in Contumaciam Pro
uidi Johannis Werneri Sculteti Villae Wilkemberg tanquam
partis Conventae prolatum petijtque vigore eiusdem Jurisdi
ctionem Commissorialem fundari, et debitam Executionem
ex praescripto iuris quoad summam 796 Mr. 10 g 13½ d.
sibi adiudicatam fieri. Quod Decretum Dni Commissarij
debita cum veneratione inspicien publice legi fecerunt.
Lecto Decreto Georg Paulus Gorecki Mandatarius Mgci
Dni Succamerarij Mariaeburgen, Capitanei Stumen contra
intulit si nec Commissionem uti illegitimam et nullam, ac in
summum praeiudicium Magnificentiae suae tanquam Capitanei loci obtinet,
nec Commissarios [illegible] agnoscere, eoque nomine se Actorem
modernum post Curiam S. R. Mtis evocasse, ibidemque iam
poenam Contumaciae primam super eodem obtinuisse, proindeque
toti huic Processui nomine Mag. suae contradicere, rogavitque
quatenus Dni Commissarij à fundatione Jurisdictionis supersederent.

Actor

Actor replicando sibi nihil negotij, cum Magro Dno Capneo, sed cum parti Conventa ee, et cum res in Executione Versets, Dnos Commissarios, ut inhaeren Decreto Regio illam decernant, petijt.

Quibus auditis Dni Commissarij in hunc modum decreverunt.

D. f. Dni Commissarij non sunt Judices ca Magro Dno Lucam Mariaburgen Capneo Sternen cum parti Actorea intercedens, sed saltem Executores Decretor Regior inter partem Actoream pdi dam, et Johannem Werner Conventum (qui in Actu Commissorio nulla exceptione usus E, Vero si ultro Jurisdictioni Commissoriali submisit, in eandemq consensit) prolator, ideo super petito Magri Dni Capnei non possunt cognoscere: Verum Ministeriali Jurisdictionem Commissorialem inhaeren Decreto S. R. Mtis fundare, fundatam publicare, et partes acclamare mandaverunt, nihil derogando actu Magro Dno Capneo cum parte Actorea intercedenti. Et in instanti Providus Augustinus Moller Montis Regni gratis quoad legalitatem Officio Commissoriali sufficienter notus fundationem Jurisdictionis Commissorialis, sonora voce publicavit, partesq acclamavit.

Quo facto, Actor petijt sibi solutionem realem summae pfatae 796 Mr. 10 g 13½ d. vel in eius defectu intromissionem in bona Conventi, decerni.

Pars Conventa Johannes Werner psonalr gdem comparuit sed nihil aliud intulit, quam qd Executionem concedere nollet, super quo protestatus E.

Dni Commissarij, quod Reus et tacens pro confesso habeatur in Contumaciam Conventi sequentem in modum decreverunt.

Quand.

Quandoquidem Pars Conuenta contra petitam Executionem nihil infert
nisi nudam protestationem, ideo Dni Commissarij in Continua
etiam eiusdem partis Conuentæ solutionem summæ praedictæ
796 Mo. 10 gr 13 d. decreto S. R. Mtis inhaerentes in
instanti praestandam decernunt sub vadio simili summæ
quod in casu contrauentionis iam ex nunc una cum intromis
sione in bona Conuenti tam ratione summæ principalis, quam
vadij decernitur praesentis decreti vigore.

Actor protestatus de damnis et expensis factis et fiendis.

Conuentus, si nullam esse Commissionem, ita nec decretum Do-
minorum Commissariorum agnoscere posse, nec ullam intromissionem
in bona sua concedere velle, respondit, dicens, etiamsi de-
cretum haberetis Regium tamen non permittam intromissionem
imo pertinaciter adhuc restitit, idque se in mandatis habere
à suo Dno asseruit.

Cum itaque pars Conuenta decreto satisfacere recusaret
ideo Dni Commissarij partem Actoream per Mtum et No-
biles ratione summarum praefatarum et vadij in Curiam Conuenti
solenniter intromiserunt. Quam intromissionem etiam
Mtis praedictus cum Nobilibus Iohanne Szebonski et Ia-
cobo Majirowski in praesentia Dnorum Commissariorum expediuit,
et realiter intromisit.

Mandatarius vero Mci Dni Capitanei, nec non pars Conuenta
eandem admittere denegarunt. Super quo Dni Commissarij
quod nihil temere uel priuato ausu, sed ex Commissione
S. R. Mtis faciant, protestati sunt.

Pars Actorea similiter contra Conuentum tanquam re-
bellem

tellene decretis S.^a R.^a M^tis nec non de damnis et expen: fa-
ctis et fieri et de Interesse ex morâ denuo protestata est.

(L.S.)

Andreas Stalero S. B. O.
Archipresbiter E. L. Prister,
fr Denois manu propria
subscripsit.

(L.S.)

Johannes Pfenning Pro Consul
Ciuitat. Mariaburgen

[illegible]